



~~94~~ <sup>15</sup> EX BIBLIOTH.  
NATIONIS HUNGAR.  
VITEBERG.

*VI-35.*

SIGNAT. CLIOCCCXIII.



GRATVLATIONES  
AMICORVM.

*Academiae Iuliae professoris publici, Poëtae & Hi-  
storici, viri clarissimi*

M. Henrici Meibomi.

*Nobilium*

Ludolphi à Gittelde.

Sigmundi Iull' Mynsingeri von Grundeck.

*Viri Ornatissimi*

Cunradi Memmi. V.

*Iuuenum Lectissimorum*

Iani Forsteri Blankoburgensis.

Pauli Sutorii Halberstad.

AD IANVM ARNOLDI

Scheningensem,

LAVREA PHILOSOPHI-

CA IN ILLVSTRI IVLIA, IX. MAII ANNI

cl. l. xic. Decano spectabili, M. Har-

devvico Smidenstedt, Oratoriæ facultatis Professo-

re, ornatum, testandi amoris & ho-

noris scriptæ.

HELMÆSTADI' Typis Lucianis.

EPIGRAMMA.

**D** Atris honorati suboles doctissima  
Iane,  
Te quoque honore nouo noster  
Apollo beat.

Nempe tuo patri Fratriq; simillimus ipse,  
Ut gestes nitidis laurea ferta comis.  
O felix domus! in qua ita cœli gratia spirat.  
Est bonitas summi qua facit ista DEI.  
Vtere sorte tuâ iuuenis cultissime, Patris  
Virtutem & Fratris morem imitare tui.  
Quaq; tibi primam laurum dedit, illa supre-  
mam,  
Mota tui genij dexteritate, dabit.

M. Henricus Meibomius academiae  
IVLIAE professor F.  
αὐτογενής.

HONO-

HONORI  
IOHANNIS ARNOLDI, IUVENIS  
*Ornatiss: doctissimi.*

**M**VSICES effes SOPHIAE an minister  
Lis fuit magnis agitata dudum  
Coelitus rebus: placuit supernis:  
Optime IANE.

MVSICES fructus satis ampliores  
Lauriger sessu celebri Deorum  
Gratijs in te Superum profectos

Narrat APOLLO.

Candido econtra SOPHIES fauore  
Te diu amplexum, studium salubre  
Te sequi vera ratione, Divum

Dixerat alter.

Lis fuit tandem studio Deorum  
IANE confessu in celebri peracta  
Gratiam vt posses vtriusq; habere

Ordine tali.

MVSICA vt dignum SOPHIAE salubri  
Cessit & totum SOPHIES alumuum  
Nuncupat, certas tamen addit illi

Conditiones.

Scilicet curis grauib; solutus  
MVSICES effes memor & sonares  
Læta nocturnus, SOPHIAE minister

Inde diurnus.

*L. A Gittelde auctore vs.*

AD ORNATISSIMUM ET DOCTISS.  
Iuuenem IOANNEM ARNOLDI Amicum  
suum optimum.

**Q**uò, IAN E, tali, quò ruis impetu?  
Quis pellit ardor, quod iuga montium  
Climosa scandis, per nocenteis  
Quod nimiâ ruis arte dumos?

Te non acutis obsita rupibus  
Terret via, aut spineta minantia,  
Obstantis audax murmuranteis,  
Nec pelagi metuis procellas.  
Ardor SOPHEIÆ scilicet inclytæ  
Te pellit, hæc te inuitat ocellulis,  
Blandis amantem sauciumq;  
Cor facibus cremat inquietis.  
Hanc hanc amicam nil metuens petis:  
Nam veri amoris flamma periculum  
Nullum timet, nullas Charybdes  
Nec metuit penetrare Scyllas.  
Sed nonne amicæ iam veteris memor?  
Extincta friget flamma? quid? auream  
Num MUSICAM, flammæ recenteis  
Corde fouens SOPHIÆ, relinquis?

Nym=

Nymphamne spernis quæ Stygios valet  
Mouere cœtus, pectora Tygridum  
Quæ sæua mulcet, suauitate,  
Quæ lapides trahit, arboresq;  
Motare cogit celsa Cacumina.  
Hanc linquis? haud linquis: scio pristinas  
Mansisse flammæ, vstuletur  
Cor alio liceat calore.  
Vtramq; flagras: Nec tamen inuidet  
Huic illa, verum quelibet alteram  
Colit fideli corde, veræ  
Testificans animum sororis.  
Sed nunquid incassum SOPHIAM colis?  
Num vane amas? quæ præmia portitat  
Sudoris? ardores corollis  
Suauiolisue tuos rependit?  
Dant Nymfæ amicisserta aliæ suis  
Floresq;, centum suauia porrigunt  
Sed fallor: Hæc maiora donat  
Præmia, perpetuos honores.  
En obuiam saltat radiantibus  
Fulgens ocellis, en diademate  
Ornata flauenteis capillos  
Sydereum superat nitorem.

A 3

En ob-

En obuiam saltat cupiens nouum  
Amplecti amicum, iam pretium tibi  
Sudoris apportat, Comasq;  
Laureola viridi coronat.  
Hæc signa amoris: te meritò nimis  
Dico beatum, non etenim feras  
Frustra penetrasti procellas  
Præmia dum capis hæc laboris.  
Læander ausus nare per æquora  
Tumultuosis fluctibus obrutus  
(Dum quarit amplexus amica)  
Cogitur (heu) medijs procellis  
Finire flammæ. I A N E beatus  
Tu viuis Amplexus S O P H I Æ Sacræ  
Centum capis, fessos ocellis  
Blanda tibi recreauit artus.  
Quis (dic) amica non cupiet lubens  
Seruire tali pectore candido  
Quæ suauis donisq; amanteis  
Post varios recreat labores.  
Non te laboris pœniteat grauis  
Non læsa dumis membra nocentibus  
Vnquam pigrescant, altiozem  
Sed studeas tetigisse metam

Acumen



Acumen en restat : Pede scandere  
Conare fausto tale, & amasiæ  
Serui, tibi donec capillos  
Purpureo decoret galero.

Sigmundi Julius Meynsinger  
von Frundeck.

AD IOANNEM ARNOLDI IUVENEM  
doctissimum Laurea donandum.

**E**rgo Arnoldiaden, Sophiæ dum perpete cura  
Et vigili incumbit studio, noctuq; diuq;  
Impiger atq; trigæ triplici dum assecla sororū  
Haud refugit quoscunq; vltro exanilare labo-  
Nullan militiæ pugnatæ præmia apisci (res  
Committant Musæ? aut merito vt priuetur honore  
Longius? Ah, Diuis non tanta est inuidia istis,  
Non adeò ingrata, vt quem IANEM mereris honorem  
Non tibi contribuisse velint faciles vltroq;  
Quin agere hoc ipsas omni ratione putandum est,  
Vt quem ad virtutem anniti præstante labore,  
Conspexere, beent æternæ frondis honore.  
Et te ergo: pectus cum perficere vndiq; doctis  
Artibus atq; animi satagas conquirere Gazas  
Quæ tibi præsidio ipsæ & sint aliquando, & ysdem

A 4

Illis præ-


Illis præsidio multis cum laude vicissim  
Esse olim possis: Cum nec te vnquam vlla voluptas  
Illicijs rapuisse suis de tramite recto  
Virtutis pote sit, quin eòdem tramite curras.  
Strenuus ipse tibi instans & te sedulus vrgens,  
Docti etiam relegens sollers vestigia patris  
Ore, animoq; pij, & fratris, mihi semper amandi  
Ingenij ob dotes varias, & pectus ab ipsa  
Formatum Triadumq; nouensiliumq; caterua,  
Ipse cui Phœbus sua plectra lyramq; sonoram  
Condonat lætus, mellitum & pangere Carmen  
Diuina antiquum sapiens & verba, salesq;  
Huic isti inuidiosum, at vix imitabile secto.

Dum loquor en tibi præsentem longo ordine Diuæ  
Dulcia Palladiæ portantes præmia palmæ,  
Perpetui vt meritum te macilent munere honoris,  
Quem tibi IANÆ nouum læti gratamur amici,  
Versiculo illepido, ast animo sincero & amico.

Cunradus Memmius Ultra-  
iectinus F.

HONO

HONORI  
DOCTISSIMI ET MORATISSIMI  
IUVENIS DOMINI IOHANNIS ARNOLDI  
*Schæningensis laureâ Philosophicâ  
insigniti.*

 *Vi sibi proposuit culmen virtutis, & inter  
Præstantes aliquid, cogitat esse viros:  
Illi non oneri labor est, imò eligit vltro,  
Nempè hoc emenso parta deinde quies.*

*Vidimus vt fremuit sonipes, quamq; ales in arua  
Fugit, si quando meta petenda fuit.*

*Haectenus idem animus ciuit te IANÆ, petisti  
Floretum cursu sedulus Aonium:*

*Vt premeres docti (quod nunc) vestigia patris  
Præuenit frater, te decet vsq; sequi.*

*Quid moneo? vidi te anniti Cynthius illi  
Inquit, honos palmæ debitus ille feret.*

*Iuerunt Heliconiades per florida tempe,  
Iauerunt Charites, paruulus iuit Amor.*

*Aurea libatum texendo lilia seruo  
Pubentes violas puniceasq; rosas.*

*Flexile curuarunt aliæ rutilum in cyclon aurum  
Legerunt aliæ, disposuere aliæ.*

A 5

Discre=

Discretam vario post illa colore coronam  
In tua non cæcus tempora ponit amor.  
Inuideam? certè quia me post terga relinquis,  
Impediam? Janè non prohibere meum est.  
Laudo te & grator tibi IANÆ, tuoq; parenti,  
Qualem speravit te esse, modo esse videt.

T. ἀπὸ καρδίας  
Ioannes Forsterus Planco-  
burgensis.

HONORI  
MACTE DOCTO, IVXTA ATQVE  
MVSOPHILO, IOANNI ARNOLDI  
amicorum optimo.

Victus & amore sui & amore mei scribe-  
bam Paullus Sutorius  
*Schola Marienallensis Alumnus.*

**N** quo sedulitas, nec non imitatio fulsit,  
Doctus erit, si tu docta Minerua faues.  
In molli baud præstans lecto doctrina paratur,  
Otia puluinar Dæmonis esse ferunt.  
Dum secum auctorum genus insuperabile voluit  
Mente quis, apparet lubrica sæpè via.

Verum

*Verum Parnassi superato culmine montis  
 In tuto fessus sistitur ille vado.  
 Gaudia præmissi mox dant inopina labores,  
 Gloria & est magnis addita magna viris.  
 Quin non parua animo virtus solatia præbet,  
 Nosq; solo æternum viuere sola facit.  
 Fato Cræse cadis, cadis Ire, & Tantale Fato  
 Nireu, cerdo, faber vos quoq; fata manent.  
 Sed Maro Fata fugit, fugiet quoq; Fata Catullus  
 Fataq; carminibus, vincis Homere, tuis.  
 Namq; inamabilibus sunt omnia subdita Fatis,  
 Sed solas Musas viuere Fata sinunt:  
 Sic tibi viuaces contingunt laudis honores,  
 IAN E, tibi & nomen perpetuale datur.  
 Namq; sacrâ Phæbus redimit tibi tempora Lauro,  
 Atq; Magisterij nomen honore beat.  
 Gratulor ergò tuis titulis accedere Laurum  
 Laurus & vt vireat crescat & illa precor.  
 Ne Boreas noceat: siquidem tibi iure Magistris  
 Hoc veri verè Laurea vere venit.  
 Fingitur Amphion cantans traxisse lapillos,  
 Thrax Orpheus brutis cor domuisse ebely;  
 Ex æquas fictè meminit quos clara vetustas,  
 Dum flectis nostrum sæpè canendo DEVM.*

*Nunc*

*Nunc cesso, Fatum faxit Phœnica Magister  
Mensibus vt Fato vincat in orbe bono.  
Sic verè augebit veri ver veris honorem,  
Si verè pergis voluere vere libros.*

Ex Musæo 8. die Calend. M.

Anni 89.



ULB Halle  
001 853 031

3




Sb.


Barcode hängt a.  
1. Angeb. Stück, da 1. Stck. nicht i. Bd.

Stk. 6a nicht erf., da  
Hand schrift

12a unvollst., nicht  
erfolgt







GRATVLATIONES  
AMICORVM.

*Academia Iulia professoris publici, Poëta & Hi-  
storici, viri clarissimi*

M. Heinrici Meibomi.

*Nobilium*

Ludolphi à Gittelde.

Sigmundi Iull' Mynsingeri von Trundeck.

*Viri Ornatissimi*

Cunradi Memml. V.

*Iuuenum Lectissimorum*

Iani Forsteri Blankoburgensis.

Pauli Sutor' Halberstad.

AD IANVM ARNOLDI

Scheningensem,

LAVREA PHILOSOPHI-

CA IN ILLVSTRI IVLIA, IX. MAII ANNI

cl. l. xic. Decano spectabili, M. Har-

devvico Smidenstedt, Oratoriæ facultatis Professo-

re, ornatum, testandi amoris & ho-  
noris scriptæ.

HELMAESTADI' Typis Lucianis.